Enroth, Stephan: Geminus Tractatus scholasticus ; Disputationen
Salem, 1733–1736 Seite 505r



seipsum, et proximum propter Deum, est donum creatum distinc-
tum à Spiritu Sancto: 33: et vera Deum inter ac hominem amici-
tia. 34. cujus formale objectum non est bonitas divinae
naturae ut praecisè ab attributis: nec bonitas cujuslibet at-
tributi seorsim; 35: sed bonitas tam naturae quam attribu-
tis communis. 36: Idem est Charitatis habitus quo di-
ligimus Deum, et proximum; 37. quo amamus in via,
et quo in Patria. 38: augetur statim per quemlibet actum
etiam habitu remissiorem; 39: quod quidem aug-
mentum morale est, non physicum; 40: physicum e
Charitatis augmentum, actibus remissis debitum, confertur
in Primo glorificationis instanti. Disput: 30 Apr: [illegible]

## De ineffabili Divino Incarnationis Sacramento. XVIII.va

41: Divini Verbi Incarnatio, etsi Deo antecedenter ad
benignissimam voluntatem suam fuerit liberrima, 42: fuit
tamen eidem convenientissima; 43 imò ad condignam hu-
mani generis Redemptionem necessaria; cùm omnis purae creaturae
capacitatem transcendat digna pro peccato lethali satisfactio:
44: Esse hoc, etiam in ratione offensae consideratum, simpliciter in-
finitum non sit. 45: tanto porrò altitudinis est Incarnationis my-
sterium, ut vel possibilitas illius positivè cognosci ab illo lumine
naturali non possit; 46: quamvis eodem lumine deprehendi possit,
Incarnationem Dei impossibilem non esse, eo quod nullum immutabilitatis
suae Verbum patiatur detrimentum per humanae naturae assumptionem.
47: hujus assumptionis motivum fuit nostra de servitute peccati
Redemptio, ita, ut si homo non peccasset, Filius hominis non venisset.
48 venit autem suae voluntatis ratione secutus, non meritorie.
Siquidem Patres V: T: circumstantias antecedentes Incarnationis mereri
non potuerunt: multò minus Incarnationem ipsam, quam 49 nec ipsa sibi
potuit mereri humanitas: 50: quae juncta est Divinitati fortè
per suametentitatem, sine modo unionis medio; 51: et unam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
© Universitätsbibliothek Heidelberg
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/salVIII72/1011
gefördert durch
Baden-Württemberg